

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus. Et te in Annuntiatione beatæ Mariæ semper Virginis collaudare, benedicere et prædicare. Quæ et Unigenitum tuum Sancti Spiritus obumbratione concepit: et virginitatis gloria permanente, lumen æternum mundo effudit Jesum Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Cœli, cœlorumque Virtutes, ac beata Seraphim, socia exultatione concelbrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti jubeas deprecamur, supplicii confessione dicentes:

*Isaias 7. 14*

ECCE Virgo concipiet, et pariet filium: et vocabitur Nomen ejus Emmanuel. (*T.P. Alleluia.*)

GRATIAM tuam, quæsumus Domine, mentibus nostris infunde: ut qui, Angelo nuntiante, Christi Filii tui incarnationem cognovimus; per passionem ejus et crucem, ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem Dominum.

#### PREFACIO DE LA VIRGEN

En verdad es digno y justo, equitativo y saludable que en todo tiempo y lugar demos gracias, Señor Santo, Padre omnipotente, Dios eterno y alabarte y bendecirte y glorificarte en la Anunciación de la bienaventurada siempre Virgen María que concibió a tu Unigénito Hijo por obra del Espíritu Santo y permaneciendo intacta la gloria de su virginidad dio al mundo la luz eterna, Jesucristo Nuestro Señor. Por quien los Ángeles alaban a tu majestad, las dominaciones la adoran, tiemblan las potestades, los cielos y las virtudes de los cielos, y los bienaventurados serafines la celebran con igual júbilo. Te rogamos que con sus alabanzas recibas también las nuestras cuando te decimos con humilde confesión

#### COMUNIÓN

He aquí que, una virgen concebirá, y parirá un Hijo; y será llamado Emmanuel. (*T.P. Aleluya.*)

#### POSCOMUNIÓN

Te suplicamos, Señor, infundas tu gracia en nuestras almas; para que reconociendo y venerando la Encarnación de Jesucristo tu Hijo, anunciada a María por el Ángel, consigamos, por su Pasión y Cruz, llegar a la gloria de la Resurrección. Por el mismo Señor.

## PROPRIO DE LA MISA FIESTA DE LA ANUNCIACIÓN DE LA SANTÍSIMA VIRGEN MARÍA

I Clase - Marzo 25

*Ps. 44. 13, 15, 16*

VULTUM tuum deprecabuntur omnes divites plebis: adducentur Regi virgines post eam: proximæ ejus adducentur tibi in lætitia ex exultatione. (*T.P. Alleluia, alleluia.*) Ps. 44. 2. Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi. *Ÿ. Gloria Patri.*

DEUS, qui de beatæ Mariæ Virginis utero Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti; præsta supplicibus tuis; ut, qui vere eam Genitricem Dei credimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per eundem Dominum.

*Isaias 7. 10-15*

IN diebus illis: Locutus est Dominus ad Achaz, dicens: Pete tibi signum a Domino Deo tuo in profundum inferni, sive in excelsum supra. Et dixit Achaz: Non petam, et non tentabo Dominum. Et dixit: Audite ergo domus David: Numquid parum vobis est, molestos esse hominibus, quia molesti estis et Deo meo? Propter hoc dabit Dominus ipse

#### INTROITO

Implorarán Tu benevolencia todos los magnates del pueblo; serán conducidas al Rey vírgenes en pos de Ella; sus compañeras serán traídas a Ti, con alegría y exultación. (*T.P. Aleluya, aleluya.*) Salmo. Brotó de mi corazón una palabra buena; digo: mis obras son para el Rey, mi Dios. *Ÿ. Gloria al Padre.*

#### COLECTA

¡Oh Dios!, que quisiste que tu Verbo tomase carne en el seno de la Santísima Virgen María, después de anunciárselo el Ángel: concede por nuestras humildes súplicas que, pues la creemos verdadera Madre de Dios, seamos ayudados ante Ti con su intercesión. Por el mismo Señor nuestro.

#### EPÍSTOLA

En aquellos días: Habló el Señor a Acaz diciendo: Pide a tu gusto al Señor, tu Dios, una señal, sea de lo profundo del infierno, o de arriba en lo más alto del cielo; y respondió Acaz: No la pediré, y no tentaré al Señor. Entonces dijo Isaias: Oye, pues tú ahora, casa de David: ¿Acaso os parece poco el hacer agravio a los hombres, que osáis también hacerlo a

vobis signum. Ecce virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel. Butyrum et mel comedet, ut sciat reprobare malum, et eligere bonum.

*Ps. 44. 3, 5*

DIFFUSA est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te Deus in æternum. *V.* Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam: et deducet te mirabiliter dextera tua.

*Desde septuagésima hasta la semana de Pasión.*

*Ps. 44. 11, 12*

AUDI, filia, et vide, et inclina aurem tuam: quia concupivit Rex speciem tuam. *V.* Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis: filiae regum in honore tuo. *V.* Adducuntur Regi virgines post eam: proximæ ejus afferentur tibi. *V.* Afferentur in lætitia, et exultatione: adducuntur in templum Regis.

*En Pascua, se omite el Gradual, y se dice el doble Aleluya.*

*Luc. 1. 28; Num. 17. 8*

ALLELÚIA, allelúia. *V.* Ave Maria, gratia plena: Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus.

ALLELÚIA. *V.* Virga Jesse floruit: Virgo Deum et hominem genuit: pacem Deus reddidit, in se reconcilians ima summis. Allelúia.

*Luc. 1. 26-28*

IN illo tempore: Missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen Virginis Maria. Et ingressus Angelus

mi Dios? Por tanto el mismo Señor os dará una señal: Sabed que una Virgen concebirá, y parirá un hijo, y su nombre será Emmanuel. Mantequilla y miel comerá, para que sepa desechar lo malo y elegir lo bueno.

GRADUAL

Derramada está la gracia en tus labios; por eso te bendijo Dios para siempre. *V.* Reina por la verdad, y la mansedumbre, y la justicia; y tu diestra te llevará a cosas maravillosas.

TRACTO

Oye, hija, y mira, e inclina tu oído; porque el Rey se ha prendado de tu hermosura. *V.* Venerarán tu rostro todos los poderosos del pueblo; las hijas de los reyes te prestarán honores. *V.* Serán presentadas al Rey las vírgenes de tu séquito, ante ti serán traídas sus compañeras. *V.* Conducidas serán con alegría y exultación; serán llevadas al templo del Rey.

ALELUYA PASCUAL

Aleluya, aleluya, *V.* Dios te salve, María; llena eres de gracia; el Señor es contigo;

Aleluya. *V.* La vara de Jesé ha florecido; la Virgen ha engendrado a un Dios hombre; Dios ha devuelto la paz, reconciliando en sí lo bajo con lo más alto. Aleluya.

EVANGELIO

En aquel tiempo: Envió Dios al ángel Gabriel a una ciudad de Galilea, llamada Nazaret, a una virgen desposada con un varón, llamado José, de la casa de David, y el nombre de la Virgen era María. Y habiendo entrado el ángel a ella, le dijo:

ad eam, dixit: Ave gratia plena: Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset, turbata est in sermone ejus: et cogitabat, qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas, Maria, invenisti enim gratiam apud Deum: ecce concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur, et dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus: et regnabit in domo Jacob in æternum, et regni ejus non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus, dixit ei: Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque et quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua, et ipsa concepit filium in senectute sua: et hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.

*Luc. 1. 28, 42*

AVE Maria, gratia plena: Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui. (*T. P. Alleluia.*)

IN mentibus nostris quæsumus, Domine, veræ fidei sacramenta confirma: ut, qui conceptum de Virgine Deum verum et hominem confitemur; per ejus salutiferam resurrectionis potentiam, ad æternam mereamur pervenire lætitiã. Per eundem Dominum nostrum.

Dios te salve, llena de gracia; el Señor es contigo; bendita tú, entre todas las mujeres. Ella se turbó al oír esto, y discurría qué podría significar aquel saludo. Mas el ángel le dijo: No temas, María, porque has hallado gracia antes Dios. He aquí que concebirás en tu seno, y darás a luz un Hijo, a quien pondrás por nombre Jesús. Este será grande, y se llamará el Hijo del Altísimo. El Señor Dios le dará el trono de David, su padre: Reinará en la casa de Jacob eternamente, y su reino no tendrá fin. Dijo entonces María al ángel: ¿Cómo ha de ser eso, pues yo no conozco varón? Le respondió el ángel: El Espíritu Santo descenderá sobre ti y el poder del Altísimo te cubrirá con su sombra. Por lo cual el santo que de ti ha de nacer, se llamará Hijo de Dios. Y he aquí que Isabel, tu parienta, ha concebido también un hijo en su vejez; y la que llamaban estéril, cuenta ya hoy el sexto mes; porque nada es imposible para Dios. Dijo entonces María: ¡He aquí la esclava del Señor!; hágase en mí según tu palabra.

OFERTORIO

Dios te salve, María, llena eres de gracia: el Señor es contigo; bendita eres entre todas las mujeres, y bendito es el fruto de tu vientre. (*T. P. Aleluya.*)

SECRETA

Te suplicamos, Señor, arraigues en nuestras almas los misterios de la verdadera fe; para que, confesando verdadero Dios y Hombre al que fue concebido de una Virgen, merezcamos llegar a la eterna felicidad por virtud de su saludable Resurrección. Por el mismo Jesucristo nuestro Señor.